



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Cooperatio cum idololatria, n. 38.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

Vnam vel alteram rem non magni  
pretij invenditam tibi superesse, causa  
sufficiens certe non judicatur, ut de pi-  
ctura amasæ modo dictum est. At ve-  
ro diminutio successiva pretij exigui  
in satis notabile damnum cum possit  
ex crescere, satis sufficiens causa existi-  
menda est.

36. Ad vendendum vinum scien-  
ter se inebrianti, causam majorem ali-  
quam, præter ipsum vini merum  
pretium, postulat Castrop.; f nempe  
vel timorem, ne nolens vendere in-  
juria afficiatur à volente emere, vel ti-  
morem, ne multum sic diminuantur  
emptors. Multum, inquam, quia  
ebrietas videtur majus malum, quam  
solutio jejunij: & ideo majorem cau-  
sam requirit, quam requirat jejunij  
fractio. Simile quid hac occasione dic,  
de reddente gladium furioso, vel cum  
illo inimicum occidere volenti; nam  
licet ex justitia, gladium alienum red-  
dere quis domino teneatur, tamen in  
hac circumstantia furiosi, nisi à gra-  
vissima necessitate cogatur, reddere  
non debet, idque sub onere etiam ff  
restitutionis, si damnum forte seque-  
tur.

f Castrop. l. c. p. 14. adde sā u. ebrie-  
tat. Sanc. l. c. n. 33.

ff ut dicetur inferius li. 8. tr. 4. c. 1.  
§. 3. n. 6.

37. Peccant cum onere restitutionis  
ij, qui tradunt vinum, frumentum,  
cateraque alijs, ut hi cum injustitia ea  
vendant, quia hi operantur nominis  
illorum. At si eadem vendas alijs,  
quos scis per fraudem, miscendo v. g.  
aquam vino, vel demendo de mensu-

ra &c. alijs esse revendituros, tunc fi-  
cite poteris, & quando tu, nisi ijs ven-  
deres, difficulter, vel cum tuo damno  
alijs vendere cogereris; nam si alijs si-  
ne tuo damno æque posses, cur ex cha-  
ritate non debeas?

g. Sanc. l. c. n. 37. Castr. l. c. nu. 3. l.  
Dian. p. 3. tr. 6. ref. 44. Merolla to. 3.  
d. 2. div. 10. Coroll. 6. 305.

*Cooperatio cum Idololatria.*

38. Idoli, ejusque templi fabrica-  
tio, ut item Idoli jam facti venditio,  
cum sint ordinatae ad Idololatriam,  
non possunt ex se licetè præstati, in gra-  
tiam ejus, qui ad hunc finem scitur ea  
velle, quia sunt claræ, & valde imme-  
diatae occasionses Idololatriæ, qualis  
certè non est agni sacrificandi vendi-  
tio, cum agnus multis alijs rebus non  
peccaminofis usui sit.

Vrgentissima tamen existente causa  
(ut effet semel aut iterum, juxta dicta  
n. 28. aut magna paupertas artificis)  
peccatum nō est, h quia (quidquid aliqui  
dicant) nō sunt actiones intrinsecè  
malæ, sed ex se indifferentes, cum Ido-  
lum possit appeti ad honestos fines,  
nempe ad ornandam domum, vel ad  
memoriam antiquitatis conservan-  
dam, templum vero ad usus huma-  
nos licitos &c.

h Castr. l. c. p. 12. n. 7. Tannerius p.  
3. d. 1. q. 9. dub. 5. nū. 144.

*Cooperatio cum ministrante indignè sa-  
ccamena &c.*

39. Si Sacerdos sit in mortali, idque  
E 3 tu cer-

